



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de Frugibus furto sublatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

1um fecisse conuictus fuerit, priuatus mercede, granis sustinet plagas. Alia, eo tit. 4. l. 8. si tō xupō τῷ δεσποτῷ εἰσερχόμενος ἐν ἀρότοις ἀλα-
 νη, καὶ κέρματα δικάπτει, ἢ σαγύλας, ἢ ἄλλα τῶν ἐπέδωσαν, μαδίτιμω-
 ροῖ ἰδ. est, Si quis tempore messis in alienum fundum ingrediuntur, ut
 fasciculos, vel spicas, aut legumina furentur, plagis affecti, vestibus e-
 xuantur. Rursum, eod. tit. 4. l. 5. εἰς ἑστῆσαν κλῆσον ἀρόσειας καὶ ἄ-
 μων ἐν διαρῇ ποσὶν ἢ παρὰ τὴν ἀρῆν, ἰδ. est, Si quis deprehensus fuerit
 in furto stipule alienae, in duplum restituat eam. Quae tamen lex du-
 ra videtur, si pauperes stipulam colligant: nam in lege diuina,
 Leuit. c. 19. sic scriptum, Cum messueris segetes terrae tuae, non tonde-
 bis usque ad solum superficiem terrae, nec remanentes spicas colliges: ne-
 que in vinea tua arceos & grana decidentia congregabis sed paupe-
 ribus & peregrinis capiendis dimittes. ¶ Alia ¶ de furtis vuarum &
 fructuum hortorum singularis haec in Iust. legibus rust. tit. 4. l. 9.
 εἰ ἐν ἀμπέλαις, ἢ κήποις εἰσερχόμενος, εἰ μὲν βρώσιμα ἐκείνη ὁποῖον, ἀδού-
 ῆς ὡσάν: εἰ δὲ ἐν κλοπῇ φάσσειεν, τὴν ἡμίσην, τῶν γυμνάσιον ἐπέδωσαν, ἰδ.
 est, Vineas aut hortos ingressi, siquid commestionis causa, extra pae-
 nas, in demes sunt: si vero furari deprehendantur, plagis insuetis ves-
 tibus spoliantur. Huius legis prior partem videtur fuisse agari diuina
 lex, quae ita tradit, Deut. c. 23. Ingressus vineam proximi tui, comede
 vnu quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.

7 ¶ Et ¶ quamuis iure humano non semper licitum sit ingredi
 fundum alienum, per fundum, de seruit. C. c. 1. 1. dist. nec equum
 suum iuxta pascere, l. Quintus Mutius, ad leg. Aquil. P. tamen
 tempore necessitatis, & ad pellendam famem, non erit valde re-
 prehensibile ingredi, & bonis alienis modice vti, c. discipulos, de
 consec. dist. 5. Nec grandis est culpa, si quis furatus fuerit, ut estu-
 rientem impleat animam suam, Proverb. 6. Et si qua vergeat ne-
 cessitas non summa, qui furatur ea mente, ut sibi subueniat, pec-
 cat certe, sed leuius castigatur, c. si quis propter necessitatem, de fur.
 ap. Gregor. at si grauius vergeat necessitas, non peccat. Amarissi-
 ma leges necessitatis abominanda, & truculentissima imperia, vt ait
 Valerius Maximus, lib. 7. c. 6. Et necessitas cogit ad turpia, vt in l.
 palam, de ritu nupt. in P. potissimum necessitas egestatis & famis,
 quae cogit etiam bonos furari, ut ex oratione Salomonis colligi-
 tur aperte, Proverb. c. 30. Mendicitatem & diuitias, inquit, Deus,
 ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria: ne forte faciat
 illiciar ad negandum te, & dicam, quis est dominus? Aut egestate
 compulsus furer, & perire nomen Dei mei. Et certe tempore
 tante necessitatis, communia omnia censentur, ca. discipulos, de
 consec. dist. 5. c. 1. 2. dist. Potuitque & debuit credere lex, dominū
 rei, si eam nouisset necessitatem, concessurum: qui pascere fame
 morientes tenetur iure naturali & diuino, c. pascere 86. dist. Sic, si pu-
 tans dominum permisurum, contrectet quamuis rem alienam,
 excusatur a furto, §. placuit, de obligat. quae ex delict. nasc. Et quod
 non est in lege licitum, necessitas facit licitum, c. quod non est, de
 8 reg. iur. ap. Gregor. c. 2. de obser. ieiun. c. quanto, de consec. ¶ Regis
 Rhotarii in legibus Langobardorum, lib. 1. leg. Langobar. l. si quis
 in hortum, tit. de furt. illa, Si quis in hortum alterius intrauerit, vel
 saluerit ad furtum faciendum, componat solidos sex: nam si pro re sua
 9 ingreditur, nec damnum fecerit, non sit culpabilis. ¶ Iustus ¶ in rebus
 Atticis, non licet cuiquam scribit, ex agro Atheniensium natas
 ibi caricas exportare, ut soli loci illius incolae fruerentur. At cum
 multi illarum fures reperirentur, factum est, ut qui illo coram
 iudicibus accusassent, Syrophantae primum sicut dicti, Aibe. lib.
 3. dipnos. 21.

10 ¶ Narrat ¶ Theopompus tamen, lib. 2. P. Pifistratum mediocri-
 ter complexum fuisse voluptates: quare neque in villis, neque in
 hortis constituisse custodes, sed volentes ingredi frui conce-
 debat, atque quae eunquellent capere. Quod & Cimone postea
 fecit, cum illum imitaretur, idem lib. 10. Philippica Athenae. lib.
 12. Dipnos. c. 15.

De Tigno iniuncto. Cap. 8.

Lib. 47. P. tit. 3.

- 1 Tigni appellatione quid veniat, eius actiones, & condemna-
 tiones.
 - 2 Ad exhibendum, & rei vindicationis actiones, quare in tigno ini-
 uncto dantur.
 - 3 Cuius ruinas non debet deformari.
- 1** Iquis ¶ furatus fuerit tignum, vel quod tigni appellatione ven-
 nit nempel. 1. de tigno iniuncto, Caus. l. adeo 6. §. appellatione, de ac-
 quir. rer. dom. l. tigni 7. ad exhib. l. tigni de verb. sign. materiam ad æ-
 dificandum necessariam: veluti lapides, tegulas, camenta, cal-
 cem, arenam: vel vineæ necessaria, ut per ticas, pedamenta, & fi-

milia: & ea sciens aliena, adibus suis vel vineis iunxerit ex lege
 duodecim tabula. tenetur hac actione de tigno iniuncto, per
 quam qui ita dolo molo iunxit aliena suis, condemnatur in du-
 plum, vt ait Vlpianus, l. 1. de tigno iniuncto, P. l. gemma, ad exhib.
 Præterea & ad exhibendum agitur, rei vindicatione, & condi-
 ctione furtiua actione furti, glo. in l. rem 23. §. tignum, in ver. da-
 scendit, de rei vind. P. ubi explicantur illa actiones, & gloss. in l. 1. in
 verbo, ad exhibendum, de tigno iniuncto, glo. in §. cum in suo, in verb.
 de tigno iniuncto, de rer. diuis. Non tamen vt cōtrabonæ fidei pos-
 fessorem, quia hoc non licet, sed veluti contra eum, quia dolo
 defierit possidere: quod & firmat Paulus, l. in rem 23. §. tignum,
 de rei vind. P. l. qui res suas 98. §. fin. de solut. P. Vindicatio tamen,
 vel ad exhibendum non datur in eum, qui ignorans tignum a-
 lienum; suæ rei iunxit: sed in duplum tantum de tigno iniun-
 cto, teste Caio & Paulo, in l. adeo 7. §. cum in suo, de acq. rer. dom. P.
 Paul. in d. §. fin. l. qui res & in d. l. in rem, §. tignum. ¶ Porro ¶ hæc
 actiones, ad exhibendum, & rei vindicationis, non competunt
 quando dantur hic, nisi ad effectum iuramenti in litem, & ad æ-
 stimationem eius, quod singulariter interest, gloss. in l. in lito tex-
 tu, in leg. qui res suas, in fin. de solutio. P. ¶ Soluti ¶ enim lex duo-
 decim tabul. vetat, & demoliri inde ædificata, in proxim. cita. le-
 gibus, & §. cum in suo, de rerum diuis. apud Iust. Paul. leg. gemma 6.
 ad exhib. P. in publice utilitatis fauorem: ne ruinas deformis fiat
 ciuitas, vt ait Vlpianus in leg. fin. ne quid in loc. publ. P. quod ne
 fiat, & interdicit, & Senatusconsulto vetatur, l. prator 20. §. hoc in-
 terdictum, in 2. de oper. no. nunc. P. l. 2. §. si quis nemine, ne quid in
 in loco publ. P. & l. 2. de adif. priua. C. Neue alienentur etiam a do-
 minis earatione, quæ sublata ædes deformes & ruinosas face-
 rent, Senatusconsulto Amola & Panfa Consulibus facti, l. cen-
 tra 41. de lega. 1. l. senatus, de contrab. emi. in P.

De Expilatoribus hereditatis. Cap. 9.

Lib. 9. C. tit. 32. Lib. 47. P. tit. 19.

Et de expilatoribus, tit. 18.

- 1 Expilata hereditatis actio que, & quando competat, & 2.
- 3 Vxor non conuenitur tali actione, quæ subsidiaria est, & eius pe-
 na civilis, num. 4. & 5.
- 6 Heres subtrahens ab hereditate familiæ circumsunda iudicio re-
 netur.
- 7 Ex hereditate subtrahæta etiam per tormenta inquiruntur.
- 8 Expilata hereditatis crimen publicum non est, tamen pena cri-
 minalis.
- 9 Latrones itinerum expilantes viatores, habent iudicium publi-
 cum, acruis puniuntur, & qualis eorum pena in Gallia, 10. 11.
 & 12. & de quibusdam latronibus, nu. 13. & 14.

Ante ¶ aditam hereditatem, illa iacente. plerumque sunt ex
 pilationes & subtractiones rerum eius. He. editati tunc fur-
 tum fit, quæ pro domina est, agere tamen illa ciuili iure non po-
 test: vnde ex prætoris æquitate opus fuit ea de re caueri, l. si quis
 testa. liber. esse iuss. fur. lib. 47. P. tit. 4. Competitque tunc tunc
 actio hæc, quando furti agi non potest defectu potestatis, quia
 ante aditam hereditatem furtum factum est, vel quidem post-
 aditam, sed nondum adepta potestati per heredem, l. 2. de crim.
 expil. hered. d. lib. 47. P. tit. 19. ¶ Rei enim ¶ quæ dominum non
 habet, furtum non fit. Proinde existente eius generis heredi-
 tate, nec furtum proprie est, l. si. eo. in l. l. falsus, §. qui alienum,
 de fur. in P. l. 1. §. Scantola, d. tit. si quis testa. liber. Sc. l. hereditatis,
 70. de fur. in P. ¶ Quod ¶ pertinet tamen ad facti substantiam,
 vere furtum esse iudico vxot defuncti, hac actione, si quid a mariti
 hereditate subtraherit, conueniri non potest, in reuerentiã præ-
 cedentis matrimonii, Hermog. in l. vxor, §. hoc tit. in P. l. 4. 6. eod. l.
 quamuis, C. de fur. l. heres vxor, de negot. gest. in P. l. 1. rerum amot.
 P. sed ad exhibendum actione, vel petitione hereditatis, l. contra
 nuntium, §. si. eod. Ceteræ autē personæ, quibus reuerentia ea non
 defertur, recte conueniuntur, l. 2. & 3. C. de crim. expi. her. si aliud
 remedium non datur. ¶ Est enim ¶ hoc subsidiarium loco defi-
 cientis actionis, l. si. C. eod. Et ideo hoc crimen expilate heredi-
 tatis succedit in locum actionis furti, vt extra ordinem puniatur
 arbitrio iudicis pro modo admissi, l. 1. & l. diuis, 3. eo P. Colligog
 ex Vlpiano, qui de hoc loquens, Cum, inquit, furti agi non potest,
 solu in superest auxilium præditis, Vlp. l. 2. eod. P. ¶ Dupli ¶ in fa-
 ctum actione tamen solent coercere prætor calliditatem & pro-
 teruitatem eorum, qui hereditatem depopulantur, l. 1. §. hæc au-
 tem actio, si quis test. l. esse iuss. fuer. si dolo malo verfat fuerint
 nam si qua culpa eorum res perierit, actio Aquiliæ legis compe-
 tere po-